



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum Libri quinque

Coster, Franciscus

Antverpiæ, 1587

Liber II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46553)

Largire mihi dulcissime Deus meus, intellectum
te cognoscentem, diligentiam te querentem, sapien-
tiam te inuenientem: conuersationem tibi placentem;
perseuerantiam te dulciter & fiducialiter expectan-
tem, fiduciam te feliciter amplectentem: tuis pœnis
configi per pœnitentiam, tuis beneficiis in uia uti per
gratiam, & gaudis tuis in patria frui per gloriam.
Amen.

CHRISTIANARVM

INSTITUTIONVM

LIBER II.

CAPVT I.

REMEDIA AD ORTHODOXAM *fidem conseruandam.*

PRIMO, humilitatē ex animo
colere. Sicut enim impossibile
est hæreticum non esse super-
bum, ut qui iudicium suum to-
tius Ecclesiæ iudicio præponit:
ita fieri non potest, ut humilis labatur in hæ-
resim, nisi humilitatem abiciat. *Nō ueniat mi-* *Psal. 35.*
hi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me:
ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatē: ibi, hoc est,
in pede superbiæ, ait D. Augustinus.

2. Freqv̄s vsus Sacramentorū Pœnitentiæ
& Eu-

& Eucharistia. Quia enim per hæc Sacramēta, & maximè per Eucharistiam, nō solūm fides confirmatur, sed spiritualitiam gustus confertur, vt gustemus & videamus, quā suavis sit Dñs: sit per crebrā communionē, vt homo nō modò credat, sed quodammodo sapiat & experiatur vera esse, quæ fides proponit.

Loar. 6.

Atq. hoc est, quod Christus dicit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo: hoc est, perseverabit in Ecclesia mea, & Spiritus meus manebit in eo.*

3. Frequētī meditatione exercere se, in cōsideratione charitatis Dei, in genus humanū; quam ex innumeris beneficiis nobis collatis tantam esse constat, vt intellectum excedat & Angelorum & hominum. Huic sanè charitati non est consentaneū, mundum vniuersum sine fide, sine vero sacramentorū vsu, sine recta intelligentia scripturarū, mille quingentis annis, in summis relictū fuisse erroribus, donec vnus Apostata monachus, qui ruptis castitatis & aliis religionis votis, sancti monialem Deo consecratam atq. velatam, sacrilegis sibi nuptiis iunxit; tā diuturni erroris & falsitatis orbem vniuersum argueret; damnatis tot sanctis Patribus, qui & miraculis, & vitæ sanctimonia claruerunt: cū iste & miraculū nullū ediderit, & fateri in publica ad populū cōcione non erubuerit, se demonē probè nouisse, & ab eo vicissim bene cognitū esse, cū eoq. plusquam modium salis comedisset (quod longæ familiaritatis est argumentum) imò scriptis libris

bris testatum posteris reliquerit, diaboli secum nocte disputantis argumentis se conuictum, sacrificium Missæ de medio sustulisse.

4. Perpendere diligēter, & seriò promissiones Dei Ecclesiæ factas, quæ tantę sunt, vt iis cognitis, nullus sit reliquus errori locus. Est enim primò, Ecclesia firmamentū & columna veritatis, hoc est, quę non solūm veritatē secū habet, sed quę sola veritatē, ad instar columnæ & firmamenti, sustētat, & apertē omnibus demonstrat. Vnde, sicut nullus error fidei in doctrinam Ecclesiæ potest irrepere: ita neque extra Ecclesiam est veritas sine errore. *Secundò*: Ecclesia in doctrina morum errare nō potest: cū sit à fidelibus, in qualibet admonitione, instructione, & reprehensione sic audienda; vt qui eius monitis obtemperare nōlet, grauissima pœna, quę mortalibus infligi potest, sit afficiendus: nempe excommunicationis gladio à Christi corpore separandus. *Si* (ait Dominus) *Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus.* *Tertiò*: Ecclesia est Christi sponsa. Sponsam autē nihil potest latere arcanorum sui sponsi. *Quartò*: Est corpus Christi, eodem spiritu sancto afflatum. Quare neq. à capite separari potest, (*Ego, ait, vobiscum sum omnibus diebus, vsq. ad consummationem seculi:*) neq. ignorat mētem sui capitis, si idem sit capitis & corporis spiritus. *Nemo* (ait Apostolus) *nouit que sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Nos autem Spiritum Christi habemus: & qui Spiritum Christi non habet, hic nō est eius.* Vnde

& Do-

Lib. de Missa singulari, To. 7. editionis VVittenbergensis, fol. 228. 1. Tim. 3.

Matt. 18.

Mat. 28.

1. Cor. 2.

Rom. 8.

Ioan. 16.

& Dominus promisit, se Ecclesie daturum paraclerum spiritum, qui eam doceret omnem veritatem. *Quinto:* Ecclesia est congregatio, non occulta & latens, sed aperta: sicut ciuitas supra

Matt. 5.

montem posita, & candela posita super candelabrum, ut omnes, qui in domo sunt, lumen videant; id est, ut ab omnibus videri possit; tam iis, qui ad fidem Christi conuertuntur, ut sciant quò sit eundem, & à quo sit fides petenda: quam iis qui sunt in Ecclesiam admissi, ut sciant in dubiis quæ sit consulenda, & in doctrina quæ

Matt. 18.

sit audienda. *Dic, inquit, Ecclesie: & si Ecclesiam non audierit, &c.* *Sexto:* Ecclesia hoc modo in monte fundata, & in luce constituta, non est vnus anni, nec vnus seculi, sed omniũ dierum atq. annorum vsq. ad consummationem

Matt. 16.

sæculi. *Super hanc petram (ait) edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non preualebunt aduersus eam,* hoc est, firmissimè eam collocabo, aduersus quam tametsi omnis industria, sapientia atq. potentia dæmonum sit insurrectura: nunquam tamen preualebit, ut eam deiiciat. Si igitur hæc Ecclesia habeatur tam illustribus priuilegiis instructa, quæ neq. errare, neq. errores in doctrina fidei vel morum docere, neq. superari possit vlla vi aut arte; quæ scripturas, & verba optime nouerit atq. intelligat sponsi sui; quæq. spiritu eodem cum suo capite, & sponso sit imbuta: non est locus hæresibus: quia in omni dubitatione recurrendum erit ad Ecclesiam, iuxta

Matt. 18.

Christi præceptum: *Dic Ecclesie. Et, Qui vos au-*

Luc. 10.

dit, me audit.

Sed

Sed vbi sit ista Ecclesia, quæritur. Hoc sanè ex scripturæ verbis apertè constat, talem aliquam esse, & Christi tēporibus extitisse, atque ad consummationem vsq. sæculorū mansuram, qualem iā descripsimus. Vbi autem illa hætenus fuerit, & quēnā illa sit etiamnum, his duobus iudiciis ostēdi potest. Primò quidem, ex omniū Christianorum cuiusuis status & nationis vnanimi consensu. Sicut enim Romanā urbem eā agnoscimus, quæ a Tyberim: Parisiensem, quæ ad Sequanam: Coloniensem, quæ ad Rhenum est posita: quia hætenus mundus vniuersus has vrbes pro talibus habuit: Ita, si quæ Ecclesia pro vera & Catholica Christi Ecclesia, ab orbe vniuerso 1500. annis est habita, ea certè pro tali nobis est veneranda. Et sicut si post tanti tēporis totius orbis confirmationē, quispiam aliud opidum, à paucis annis exædificatum, tibi veram illam & antiquā Coloniā esse diceret, antiquorū Imperatorum priuilegiis & libertate celebrem: adeò nihil persuaderet, vt etiam tanquam insanum ridendū & explodendum se proponeret. Ita, qui post 1500. annos, aliam tibi Ecclesiam demonstrare conatur, à paucis annis coactam, eamq. docere veram illam esse Ecclesiam, quam Christus in numeris priuilegiis donauit; errasse autem omnes, qui 1500. annis hunc cœterum non agnouissent: non solum audiendus non est, sed pro insano habendus; tum, quod vniuersum orbem præ se erroris accuset; tum, quod recenti & nuper nato

con-

conuentui tantam antiquitatē tribuat. Ex his facile videre est, quānā sit vera Ecclesia, quia ante annos 70. cum necdum vll^{us} ex aliis ceteribus natus esset, vbiq. per orbem Christianus; potissimum verò vbi nunc nouæ sectæ vigent, si quis de vera Ecclesia quæsiuisset, nulla alia quàm Ecclesia Romana ostensa fuisset. Posteriori verò iudicio idem ostenditur, ex dictis superius priuilegiis, Ecclesiæ suæ à Christo relicti. Si enim quæras Ecclesiam hodie, quæ sit, aut fuerit aliquando per orbem vniuersum diffusa vel agnita, & cui^{us} origo constanti & non interrupta successione ad Christum & Apostolos deduci possit: nullam inuenies aliam, quàm Romanam. Sicut enim nos credimus: ita crediderunt maiores nostri ab annis 100. ab annis 200. 300. 400. vsq. ad annos 1586. neque demonstrari potest, quando primùm, vel à quo sit fides nostra violata aut mutata. At verò sicut credunt nouæ sectæ Lutheri, Bucerii, Caluini, &c. ante 70. annos, nullam in orbe creditū est: cum omnibus constet, Martinum Lutherum anno 1517. errores istos primùm excogitasse & innexisse. Atque etiam hodie, errores isti angustiis certorū locorum continentur: Lutheranismus, Germania: Calvinismus, Gallia & Anglia: Zwinglianismus, Heluetia: extra Europam autem neque sunt, neque fuerunt vnquam vel de nomine cogniti.

5. Vitare lectionem librorum veterum, & hæreticorum conciones, familiaritatem, atque collo-

colloquia. *Hereticum*, ait Apostolus, *post unam* *Ti. 2.*
secundam correptionem deuota. Quia ut verba lo-
 quentis vim habet mouēdi: ita scripta ad per-
 mouendum maiore artificio sunt elaborata.
 Legendi potius sunt sacri Doctores, quos constat vitæ sanctitate & eruditione præcelluisse; & frequenter miscendi sermones cum doctis & piis. Quia tamen in tanta multitudine hæreticorum, fieri vix potest, ut non aliquando cum illis agamus: in promptu habēdæ sunt rationes, quibus auitam fidem Ecclesiæ tueamur. *Parati* (inquit Apostolus) *semper ad satisfac-* *1. Pet. 3.*
tionem omni poscēt i vos rationem, de ea que in vobis est spe. Non quod necessum sit, à singulis articulis controuersis omnes esse instructos, sed quod expediat generales quasdam nouisse solutiones communium argumentorum. Veluti si obiiciant, in sacris litteris non haberi, inuocandos esse sanctos, venerandas imagines, abstinentium à carnibus, aut aliquid eiusmodi: non ergo ista esse facienda. nos cōtra obiiciamus & quidē efficacius: hæc sacris litteris non prohiberi: atq. sine peccato fieri posse. quia ubi *Rom. 7.*
 non est lex, ibi nec præuaricatio.

Item si dicant, nihil esse fide tenēdum, nisi quod sacris litteris continetur: nos contra dicamus, si hoc admittatur, manifestè sequitur, Euangelium secundum Matthæum non esse à Spiritu sancto dictatum: quia nusquam in vniuersa scriptura habeatur, hoc Euangelium vel esse dictatum à Spiritu sancto, vel esse in Catalogo librorum sacræ scripturæ. Hęc enim
 I obiectio

obiectio illos eò ducet, vt fateri cogantur, aliqua esse recipiēda atq. credenda, quæ scriptura sacra non contineantur; sed eorū reiciēda, quæ cū scriptura sacra aperte repugnant.

Si verò eiusmodi aliqua loca scripturæ ab iis adferantur, quæ videantur aduersari doctrinæ Ecclesiæ: si quando Catholicorum Patrum expositio nō occurrit, hæc vna solutio sufficiet: scripturas illas dogmatibus Ecclesiæ non esse contrarias, quantumuis prima fronte videantur. Nam licet earum genuinam explanationem ad manum non habeamus (sunt enim scripturæ difficiles, & studio egent, quod non est omnium) ante multas tamen annorū centurias, priusquam hæresis in orbem venisset, Catholicos doctores per vniuersum orbem scripturas istas sic ad mentem Christi intellexisse, vt nihil planè cū doctrina Orthodoxa Ecclesiæ, quam iidem ipsi tuebantur, pugnarēt.

Rursus si quærāt, cur libeat tanto tempore in antiqua ista Ecclesia hætere, cum potius sint eligenda noua, quàm vetera? Dicendum *primò*: non omnia vetera abiicienda esse, neque omnia noua veteribus præferenda. Aurū vetus præfertur nouo; & si senex manum suam veterem amputare velit, non inueniet aliam commodiorem, etiamsi argenteā aut auream substituatur. Dicendum *secundò*: quò velint nos relicta Romana Ecclesiā abire, ad Lutheri, aut ad Protestantium, vel ad Calvinistarum, an ad Anabaptistarum sectā? Hi enim ex æquo omnes Romanam Ecclesiam damnant, & veram scri

scripturarum intelligentiam iactant. *Tertiò:*
 quæ sit ratio, cur illi nos velint antiquam fi-
 dem deserere? quid apud ipsos præclarum sit,
 quod nos ad mutationem tanti momenti, vn-
 de animæ salus dependet, mouere debeat? Nã
 si vitia spectes superiorum: scimus Christum
 præmonuisse: *Quæcunque dixerint, seruate & fa-* *Matt. 23.*
cite; secundum opera autem eorum nolite facere: neq.
 tantæ sunt hæreticorum ministrorum virtu-
 tes, vt ijs magnoperè cedât mores sacerdotum
 Catholicorum. quin potius, incorruptus arbi-
 ter, maiorem vitæ integritatē atq. doctrinam
 in Romana Ecclesia, quàm in vllis sectis de-
 prehendet. Si scripturarum intelligentiam
 consideres: ante exortas hæreses, Ecclesia, quæ
 scripturas habuit, earum etiam intelligētiam
 habuit. Cur ego ab Ecclesia scripturarum li-
 bros accipiam, & eorundem intelligentiã non
 accipiã? Cur credam dicenti hoc esse verbum
 Dei, & non credam docenti, hunc esse sensum
 verbi Dei? cur credam in numero librorum, &
 non credam in sensu librorū? Sanè in die iu-
 dicij, corã Christo seuro iudice, securior erit
 Catholicus quouis sectario. Ponamus enim
 falsa esse, quæ Romana Catholica Ecclesia
 credit: in exacto illo iudicio, cum Christus
 quæret: Cur ita de me meisq. sacramētis cre-
 didisti? securè respōdebit Catholicus. Primò,
 Quia Ecclesia per vniuersum orbem nos ita
 docuit, quam tu audiendam iussisti. Secūdò,
 Quia nos ita docuerunt maiores nostri, qui
 eandem fidem à suis se maioribus accepisse, &
 illos

illos rursus à maioribus suis, ad Apostolorum vsq. tempora, testari sunt: neque tempus scire potuimus vnquã, quo fides hæc, quæ à te Apostolis tradita, ad nos vsque per manus venisse dicitur, vel in minimo violata fuerit: maximè cum tu B. Apostolo Petro disertè promiseris:

Mat. 16 Super hanc petram edificabo Ecclesiam meã, & porte Inferi non preualebunt aduersus eam: Et ascen-

Mat. 28. surus in cælum dixeris: Ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq. ad consummationem seculi: Tertio, Quia viri illi, qui fidem illam nos docuerunt, & ad finè vsq. vitæ retinuerunt, clarissimi fuerunt & eruditione & morum probitate, quorum sanctitatem tu ipse miraculis comprobasti. Sanè ergo, si error in nobis fuit, tu Domine nos decipisti. Eorū enim vestigia, quorum tu vitam tibi placere declarasti, secuti sumus. Denique, quia nihil vidimus in doctrina fidei nostræ, scripturis & verbis tuis repugnās. Licet enim aduersarij nostri multas nobis scripturas obiecerint: ita tamen illæ omnes à Doctõribus nostris, ante multas annorum ceteras declaratæ fuerunt, vt planè nihil cū doctrina Catholica pugnare viderentur. Quis autem eram ego, qui fidem tam antiquã, per totum orbem diffusam, tot miraculis illustratam, tãta omnium Catholicorum consensione seruatam, à tot Patribus explicatam, reicere auderem, vel erroris arguere? Contrã, ubi ex sectario interrogabit Dominus: & quid te impulit, vt relicto ouili meo, ad luporum gregem te conferres? quid poterit adferre, nisi

Mar-

Martinus Lutherus nos decepit, Calvinus seduxit, Bucerus peruertit? At rursus Dominus, quid (inquit) in his doctoribus vidisti, quod te ad fidē mutandam, & Ecclesiā tot seculorum deserendam impelleret? Fortē miracula ediderunt, vel insigni sanctitate viguerūt? At qui tibi per Apostolum meum dictum fuit: *Si Angelus de celo vobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, Anathema sit.* Si in religionis mutatione nec Angelis est fides adhibenda, quanto minus hominibus, sine miraculorū testimonio, sine vitæ probitate? quales enim prædicti fuerint, nouit orbis vniuersus. At dicet forte hæreticus: vidimus in Romana Ecclesia multos errores scripturis tuis non consentaneos. Sed Dominus iterum: & à quo scripturas sacras accepistis? nõne à Romana Ecclesia? illa autem totis 1500. annis tam socors fuisse in enarrandis scripturis credenda est, vt tanto tempore non aduerteret, se cum scriptura pugnare? & si illa scripturas eo sensu exposuit, vt nihil cum auita fide pugnarent: cur tu nouas & inauditas expositiones secutus, vniuersum orbem erroris damnasti, & non potius Ecclesiæ fidem & explicationes secutus fuisti? Magis enim rationi consentaneū tibi esse debebat, illum esse verum scripturarum intellectum, quem per vniuersum orbem tot seculis docuit illa Ecclesia, quæ tibi scripturas tradidit; quàm illum, quē post 1500. annos, quiuis nouorum Doctorum commentus est.

Qui candido animo ista præcogitaret, quæ

I 3 certo

certo certius post mortem ventura sunt, nō facile ad errores declinaret; sed veram retineret
Hebr. 11. Romanam Catholicam fidem, sine qua impossibile est placere Deo.

CAPVT II.

REMEDIA CONTRA IURANDI
consuetudinem.

Mat. 12. **P**RIMO considerare, si de omni verbo potius sit ratio reddenda in die iudicij, quanto magis de iuramento, per quod interrogatur insignis iniuria Deo, cum ad quasvis nugas vocatur in testem. Sicut enim vir grauis, si ad nugas pueriles testis adhiberetur, existimaret honoris sui non haberi rationem: ita Deus merito indignatur, quoties rem quamlibet leuem sui nominis compellatione videt comprobari, quod sanctum est, terribile & adorandum.

2. Cogitare, quod in frequenti iuramento sit grane periculum periurij. Qui namque iuramenti assuevit, subinde per malam consuetudinem, etiā ea, quę falsa sunt, iuramento confirmat. Omne autem periurium est mortale peccatum, adducens mortem æternam. Idem etiam quandoq. iuramento promittit, cuius postea pœnitet: sicut Herodi contigit, qui ne iurandū violaret, dedit saltatrici caput Iohannis Baptistæ.

Hom. 7. ad pop. Ant. 3. Perpendere, quod nihil utilitatis ex mala ista consuetudine oriatur. Quia (vt ait B. Chrysostomus) frequenter iuranti minus credi solet,

let, etiam si serio iuret. Et longe facilius est, rem sine iuramento confirmare, quam sacramentum tam leniter adhibere. Demon solus iuramenti oblectatur, quod per ea videat nomen sacratum Dei prophanari.

4. Ex diuinis ultionibus, quæ iurantes & diuinum nomen blasphemantes sequutæ frequenter fuerunt, metum assumere. Nam Leuitici 24. Blasphemus iubetur lapidibus obrui: & nota est historia B. Gregorij, de puero quinquenni, à dæmonibus è sinu patris obcrebra iuramenta sublato.

*Lib. 4.
dialog.
cap. 18.*

5. Si serio quis statuit hanc prauam iurandi consuetudinem deponere, proponat in septimanas aut menses aliquot, certam aliquam eleemosynam pauperibus erogare, pro quolibet iuramento, in quod lapsus fuerit: atque ne istius rei obliuiscatur, curet se à familiaribus moneri, quoties iurasse aduertetur. Si pauper sit, aliam sibi pœnam imponat. Ita D. Chry-

*Homil. 5.
ad pop.
Ant.*

PRO HONORE PARENTVM
& superiorum.

P R I M V M, vt cogitemus, cuius loco sint superiores, nempe loco Christi, quem representant, quemadmodum imago prototypum. Proinde sicut imagini Christi honorem omnem habemus, aut potius Christo in illa: ita superioribus habendus est honor, talibus imaginibus conueniens, nempe non externa tantum reuerentia, sed obedientia, interno amore, & externo obsequio.

2. Considerare, quanta parces passi sint pro nobis, & quantum onus pro nobis sustineant Superiores. Hoc argumento monebat Tobias filium suum: *Honorem habebis matri tuae, omnibus diebus vite eius. memor enim esse debes, quae et quanta pericula passa sit propter te in utero suo.* Et B. Paulus Hebraeos: *Obedite Praepositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gemetes. Hoc enim non expedit vobis. Qui tam multa pro nobis sustinent, merito sunt honorandi a nobis.* Nam licet mali superiores de suis subditis sint parum solliciti, non ideo tamen minus onus sustinent reddendae rationis pro nobis: quod eo erit illis grauius, quo negligentius in curam ouium suarum incubuerunt.
3. Considerare mercedem honoris, parentibus & superioribus exhibiti. Si enim illi sint loco Christi: sane quicquid illis praestatur, censeat Christus sibi praestari: sicut, quod fit Lega-

ro, fit Domino Legati. Proinde, sicut mercenarius à famulo nomine heri ad laborem vocatus, mercedē expectat à Domino, pro Domini liberalitate & opibus, non pro conditione & paupertate famuli: ita qui superioribus loco Christi obtemperat, amplissimam meritò expectare potest mercedem, pro diuitiis & liberalitate Christi. Et sicut ditissimus ac liberalissimus princeps, nihil patitur sibi, vel minimum, gratis à quoquam, potissimum verò paupere, fieri: ita Christus nullū opus, quantumvis exiguum, ex obediētia susceptum, sine amplissima mercede relinquet. Qua ex re hæc duo sequuntur: *Primò*, meliorem esse subditorum, quàm superiorum conditionem; vtiliusq. esse subesse, & parere, quàm iubere. *Secundò*, felicissimos esse eos, qui in omnibus suis rebus & actionibus à maiorū obediētia pendent, neq. aliquid agūt vel aggrediuntur, nisi ex superioris voluntate. Sicut namq. vtilissimū est mercenario, nihil operari, nisi ex præscripto Domini (quod enim ex sua volūate agit, non meretur mercedem à Domino, sed quod agit ex Domini præscripto) ita quicquid ex obediētia præstatur, mercedem peculiarem obediētiæ accipiet. Atq. hinc est, quod præcepto de honorandis parētibus promissionem Dominus peculiarem adiunxerit, non solum *Ephes. 6.* præmij post hanc vitam, sed etiam in hac vita: vt ostenderet, se esse illum, qui honoris & obediētiæ mercedem est daturus.

4. Considerare, quàm grauitè punierit

I s. eos

eos Deus, qui parentibus aut superioribus honorem non habuerunt, sed molestiā exhibuerunt, iuxta scripturam: *Quam mater fame est, qui derelinquit patrem; & est maledictus a Deo, qui exasperat matrem.* Primò: Cham, irriso patre, maledictus est in sua posteritate. Secundò: Esau inobediens parentibus, amisit nobilissimā benedictionē. Terriò: filij Heli eodem die perierunt. Quartò: Absalon persequens patrem, ex arborē pendens confossus interiit. Quintò: Chore, Dathan, & Abyron à terra absorpti sunt, propter murmurationem in Moyse. Num. 16. Sextò: Soror Moyse, eadem de causa, lepra percussa est.

5. Intueri reuerentiam Christi, quam habuit, non tantum patri cælesti, cui fuit obediens vsque ad mortem crucis; sed etiam Matri & Ioseph. *Et erat (ait scriptura) subditus illi.* Matrem suam in hac vita repleuit gratia, & super mulieres omnes benedixit: post hanc vitam autē repleuit gloria, & super omnes creaturas collocavit: nempe amicitia Sole, hoc est, gloria Dei: & Lunam, id est, vniuersam Ecclesiam, tam cælestem triumphantem, quam terrenam militantem, subiecit sub pedibus eius, imponens capiti eius diadema stellarum duodecim, hoc est, dans ei gloriam omnem, quam habent sancti vniuersi in cælo.

CAPVT IIII.

REMEDIA CONTRA DE-
tractiōis vitium.

PRIMVM est, seipsum, vitiaque sua dili-
gēter intueri. Sicut enim qui domi mul-
tis negotiis distinetur, non habet ocium
aliena curandi: qui autem alienis occupatur,
apertè declarat, vel nō esse domi suæ quod oc-
cupationem requirat; vel sanè si sit, non rectè
curari. Ita qui diligens est inspector cōscien-
tiæ suæ, tam multa in ea reformāda inueniet,
vt non sint illi curæ vitia proximorum: & qui
alienis vitiis carpendis detinetur, ille indicat
se negligentem esse suorum morum cēsorem.
Nullus est enim detractor, nisi conscientia
propria negligēs curator: & quo quis pluribus
vitiis abundat, eo plura eaque minutiora in
aliis carpit.

2. Considerare, hoc peccatum detractiōnis
non sola pœnitentia deleri; sed sicut in furto
non dimittitur peccatum, nisi restituatur ab-
latum: ita hic non tolli culpam, nisi fama ab-
lata reddatur.

3. Considerare, detractorem esse causam
peccati multorum. Quicquid enim ab audi-
toribus ex auditis referendo committitur, id
totum à Deo detractori imputabitur. Quan-
tus porro est numerus peccatorum, quando res
ab vno narrata, à multis, variis in locis, pluri-
mis annis repetitur?

4. Cogitare, an vellet homo ea de se absen-
te di-

Tob. 4.

te dici, quæ de altero narrat. Nā quæ tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Homil. 3.
ad popul.
Antioch.

5. Utilitates detractionis cum suis incommodis conferre. Nā utilitas nulla est, nisi forte risus inanis: incōmoda autē sunt varia. Primò enim (ait D. Chrysostomus) audientem peiorē fecisti, proximo calūnians: nā siue peccator sit, segnior sit peccati cōmunicatorē natus; siue iustus sit, in arrogatiā tollitur & inflatur ex aliorū peccato magna de seipso sentire persuasus. Secūdò: Communē Ecclesiæ statū læsisti: non enim audientes omnes peccatorē solū accusant, sed opprobria Christianorum genti infliguntur. Tertio: Dei gloriā blasphemari fecisti. Sicut enim nobis laudabiliter uentibus Dei nomē glorificatur: sic peccatibus blasphematur, & cōtumelia afficitur. Quarto: malū audientē confudisti; & sic impudentiorē reddidisti, inimicū & hostem reddens. Quintò: te ipsum pœnæ & castigationis reū fecisti, negocia nihil ad te pertinētia texens. Ne quis enim hoc mihi dicat, tunc detraho, quādo falsa dico. Nā si vera dicens, malè dixeris: & hoc erimen est. Hactenus B. Chrysostomus.

CAPVT V.

REMEDIA CONTRA INANEM
gloriam.

PRIMUM, Considerare, nihil utilitatis sequi ex inani gloria. Talis enim quisque est, qualis coram Deo est. Si quis uespere, postquam incubuit, apud se cogitet, quid om-

nis elapsi diei gloria iam illi profit: inueniet nihil se nisi vanitatem consequutum.

2. Considerare, quòd querēdo gloriā, amittatur gloria: fugit namq. gloria sequentem, & sequitur fugientē. Ideo omnis superb⁹ & gloriosus est cōtemptibilis, & meritò contemnitur: humilis autē exaltatur. Exempla in vtroq.

Testamento in promptu sunt, in Aman, & Herode: contrā, in Dauide, & B. Virgine.

Libr.

Esther.

3. Ex inani gloria magnū sequitur detrimentum: quia perit omnis bonorum operum fructus, vt dicitur, *Receperunt mercedē suā.* Nam

Act. 12.

Matt. 6.

sicut aues non relinquerent intactas carnes, quas in aperto campo expositas viderent, nec latrones sine damno dimitterent viatorem, qui in silua pecunias manu deferret: ita dæmones, qui bonis operibus insidiātur, illa nobis merita furantur, quæ per inanem gloriam exposita vident. Si autem non tanta sit inanis gloria, vt omnia merita boni operis perdat, vsque adeò tamen est inimica virtuti omnis vana gloria, vt virtutis splendore obfuscet etiam exigua: sicut qui in ardente sole iter facit, non potest non colorari.

4. Considerare (vt ait B. Bernardus) hunc statum nostrum non esse honoris & glorię sed contemptus potius, laboris, & exilij, inter vermes & bestias, in quo omnia nos ad humilitatem prouocāt; corpus sordidum multisq. malis obnoxium; tentatio dæmonis assidua; deniq. Christi & Sanctorum prædicatio & exempla.

Ser. 3. in

paruis sermonibus.

5. Qui laudari vult & videri, querat laudē à Deo

à Deo

à Deo & Sanctis omnibus, qui & plures sunt, & nobiliores hominibus omnibus in terra uentibus; eorumque laus est sola. Sicut enim stultum est, querere laudē puerorū, & interim à viris omnibus contemni: ita valde imprudenter agit, quisquis gloriam hominū quærit, & se ridendum & contemnendum proponit Deo sanctisque omnibus, qui facta eius omnia intuentur.

CAPVT VI.

REMEDIA CONTRA
AVARITIAM.

PRIMUM, vitare consuetudinem auarorum, frequenter adesse liberalibus, atque assuescere dādis eleēmosynis. Facilius est enim dare, quā accipere. Quia si dare velis, nemo impedit: si accipere velis, multi obiciēt impedimentū. Præterea, beatius est dare, quā accipere: Quia cū donas, à multis gratiæ tū Deo, tū tibi aguntur: cū accipis, omnes detestantur. Vt autē consuetudinē illā dādi assumas, alterum horum, vel vtrunq. facito. Nempe 1. Naturæ auaræ vim adferas. 2. de tuo quotidie certam eleēmosynam, etiam te nescio, conferendi, domestico, vel familiarum potestatem facias.

2. Considerare breuitatem vitæ, mortemq. imminentē. Facile contemnit omnia (ait D. Hieronymus ad Paulinum) qui se semper cogitat esse moriturum. Nam primò, morte deferenda sunt omnia, ad aliumq. deuoluentur.

forti

*Act. 20.**2. Cor. 9.*

fortè ingratum, tui immemorem, & (vt sæpè videmus) decoctorem. *Sulie* (ait Dominus) *hac nocte animam tuam repetunt à te, que autem parasti, cuius erunt?* Secundò: post mortè Deo erit reddenda ratio de quolibet quadrante, quomodo eum ad Dei Domini voluntatem expenderit. Quia enim tu honorù non dominus, sed œconomus es constitutus, ratio erit danda de singulis. Quid ergo tantas opes quæris, quibus te obligas ad tantas rationes?

Luc. 12.

Chrysof. Hom. 34. ad populo. Antioch.

3. Considerare, quòd per diuitias conseruatas neq. vita ista prorogetur (nò enim in abũdantia est vita cuiusquam, ex his quæ possidet) neq. vita æterna comparetur: cum dicat Dominus, *Beati pauperes quia vestrũ est regnũ Dei: & vobis diuitibus.* Cùm autem in vltus pauperum liberaliter effunduntur, sic & deducunt ad perfectionem, vt Christus ait, *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, & da pauperibus, &c.* Et cælestes mereantur diuitias, quæ tanto nostris diuitiis præstantiores sunt atque maiores, quanto solutum decore, & cæli circuitus terram amplitudine vincit. Si ergo vis veras diuitias: habeto illas in cælo, vbi fures non effodiunt, neque furantur; vbi sollicitudo conseruandi animum non cruciat; vbi qui diues est, nunquam ad paupertatem redigitur; & vbi diuitiæ synceram adferunt & solidam oblectationem.

Luc. 12.

Luc. 6.

Matt. 19.

Matt. 6.

4. Firmam cõstituere in Domino fiduciam, qui non solum in veteri testamèto, sed etiam in nouo, necessaria vitæ fidelibus promisit; &

præ-

Matt. 6. præstitit, *Querite* (inquiens) *primum regnū Dei*
& iustitiam eius: & hæc omnia adiciētur vobis. Et,

Hebr. 11. *Non vos deseram neque derelinquam.* Qui tantam
 turbam Monachorum, Anachoritarum, alio-
 rumq. religiosorum, & Christianorū, qui nu-
 dum Christum nudi secuti fuerunt, hactenus
 aluit: is tibi quoq. necessaria præbebit, si ma-
 gna fide ei te committas. Dum autem tu plus
 æquo sollicitus es, deponit sollicitudinem tui
 Deus, quam tu de te satis magnā habes. Si ve-
 rò sollicitudinem tui proiiceres in eum, ipse
 maiorem curam tui susciperet.

5. Intueri exemplum Dei Domini nostri,
 qui tanta largitate in omnes vititur, vt creatu-
 ras omnes diuitiis suis cumulet. Non illi suf-
 fecit, in vsum tuum hunc orbem creare, quo-
 tidianis muneribus te locupletare, Spiritum
 suum sanctum atq. seipsum tibi communica-
 re: sed in super sanguinem suum, & vitam tibi
2. Cor. 8. dedit, & propter te egenus factus est, cum ef-
 fet diues, vt illius inopia tu ditareris.

CAPVT VII.

REMEDIA CONTRA LVXV-
RIAM.

OLLA, cum admota igni nimium fer-
 uet, ad eam refrigerandam consuevit
 vnū ex his tribus adhiberi: vel ab igne
 amouetur: vel ligna subtrahuntur: vel frigida
 infunditur. Quia ergo libidinis ardor est qui-
 dam ignis: ad eius feruorem minuendum si-
 milibus est vtendum remediis.

1. Fu-

1. Fugiendæ sunt occasiones, vitanda mulierum colloquia, ocium, perditio tēporis: cohibendi oculi, aures, manus, & omnia ea declinanda, quæ aliquam possunt libidinem prouocare. Quia, cum cætera vitia concertatione vincantur; sola luxuria superatur fuga.

*D. Aug.
lib. de honestate
mul. ca. 1.*

1. Cor. 6. Fugite fornicationem.

2. Subtrahatur fomentum, quod est cibus & potus: sicut Helias, impuram Iesabel fugiens, ieiunus ambulauit 40. diebus, & totidem noctibus. Subtrahere ligna foco, si vis extinguere flammam.

3. Reg. 10

3. Addatur aqua refrigerans, corporis afflictio, & pœnitentia. Corpus enim nostrum, cum sit asino simile, tunc minus insolescit, eum durius tractatur. B. Benedictus tentatus à carne, in spinas se nudum abiecit: B. Franciscus in niuem. Nobis quidem licet tam austera remedia adhibenda non sint, assumantur tamen ea, quæ ad domandam petulantiam carnis sufficiant.

*D. Gregor. lib. 2.
Dialogorum. ca. 1.*

4. Feruens oratio ad Dominū: Quia de hoc vitio ait Christus: *Hoc genus demoniorū non eicitur, nisi in oratione & ieiunio.*

Matt. 17.

5. Primis insultibus impurarum cogitationum statim occurrere: quia dū aliqua negligentia permittuntur irrepere, inficiunt animam, & firmiter hærent, quàm vt facile possint excludi. Sunt enim viscosæ instar picis, quæ tacta adhæret, & inficit.

K CAPVT

REMEDIA CONTRA IN-
VIDIAM.

Lib. 5.
Moral.
cap. 34.

PRIMUM ex B. Gregorio: Qui (ait) li-
uoris peste plenè carere desiderat, illà he-
reditatem diligit, quam cohæredum nu-
merus non angustat, quæ & omnibus vna est,
& singulis tota; quæ tanto largior esse ostēdi-
tur, quanto ad hanc percipientium multitudo
dilataitur.

Hom. de
inuidia.

2. Ex D. Basilio, nihil existimare magnum
esse in hac vita. Nihil (inquit) rerū huma-
narum magnum, aut supra naturā existimemus:
non enim in rebus fluxis bonū constituimus.

3. Frequens cogitatio de iis rebus, quæ ad
fraternū amorē excitare possunt: vt sunt eadē
natura, eadem Christi beneficia, eiusdē hæ-
reditatis promissio, quodque reuera non plus
mereris honoris, quam quiuis alius; cū æqua-
liter omnes Deo dicant, Pater noster, qui es in
caelis: quinimò si vitia tua spectes, indignus
sis, cui vel minimus honor habeatur.

4. Considerare, cui per inuidiā similis effi-
ciaris. Nam sicut de charitate dicit B. Ioan-
nes, *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus
in eo: & omnis, qui diligit, ex Deo natus est, & scit
ille est, nos sumus in hoc mundo:* Ita de inuidia di-

1. Ioan. 3. cit idem, *Cain ex maligno erat, & occidit fratrem
suum.* Et D. Chrysostomus: Inuidia hominem
in diaboli condicionem, atque in dæmonem
immanissimum conuertit.

5. Consideratio damni atq. malorum, quæ
adferuntur.

adfert inuidia; & bonorum, quæ adfert charitas. Inuidia siquidem, vt ait D. Basilius, nemini magis nocet, quàm authori. Sicut enim (inquit D. Augustinus) ærugo ferrum: ita inuidia ipsam animã, in qua est, interimit, & consumit. Omnibus grauis est inuidus, nemini charus; ridetur ab omnibus, illi nemo compatitur. Nã sicut hoc vitium proprium est diaboli (vt ait D. Basilius) ita & ad inuidum affecti sunt homines, vt affici solët erga diabolum. Contra verò charitas letitiam parit, aliorum bona etiam nostra facit, amorë aliorum conciliat, &c. vt est apud D. Chrysostomum, & D. Gregorium pastoralis curæ parte 3. Admonitione II.

Homil. de inuidia. Serm. 81. de tepore.

Hom. in aliquot scriptura locos.

Hom. 44. ad popul. Ant.

CAPVT IX.

REMEDIA CONTRA IRAM.

P R I M V M ex D. Basilio, vt statim atque moueri te sentis, iram cõhibeas: & si internam commotionë fortasse sedare non possis, saltem linguam contineas, vt neq. bona loquaris, neq. mala, ne quid laxata effutiat, quod ira, non ratio dictet: & potius te ad orandum conuertas, tuamq. infirmitatem Deo curandam proponas.

Hom. de Ira.

2. Ex B. Gregorio. Vt mens (inquit) sollicita, antequam aliquid agere incipiat, omnes sibi, quas pati potest, cõtumelias proponat; quatenus Redemptoris sui probra cogitãs, ad aduersa se præparet. Iacula enim præuisa minus feriunt.

Lib. 5. Moral. cap. 32.

K 2 3. Ex

3. Ex eodem loco, Vt cum alienos (ait) excessus aspiciamus, nostra, quibus in aliis excessibus delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas propria, mala nobis excusat aliena. Cogitet igitur homo, quam multa alij in ipso tolerent, quam multa toleret Deus, qui si ad singulas culpas vindictam inferret, iam dudum periissemus omnes. Deniq. & homo ipse frequenter sibi est grauis, sibiq. displicet. Proinde qui talis est, ipse suo vitio vt se tolerare debeat, non grauate ferat ab aliis committi, quod sit tolerandum.

4. Consideranda incommoda, quæ ex ira sequuntur. Quid enim prodest vindicta post acceptam iniuriam? An forte vulnus tuum alieno vulnere curatum est? aut conuiuium acceptum, conuiuium reddito? Hæc porro assequitur, qui iræ obtemperat: 1. Corona gloriæ & mercede æterna priuatur: 2. Minister fit & instrumentum Diaboli: 3. Occidit animam suam, vt lædat corpus alterius. Similis est enim incundus homini, qui vt Asinum occidat, se ipsum perimit: & item illi, qui ob immensa debita, quibus soluendis non erat, coniectus in carcerem, oblatam ab alio solutionem magno fastu recusat. Per eum quippe, qui nobis iniuriam facit, debitum quo Deo obstringebamur tollitur, modo patienter iniuriam feramus. 4. Iratus homo vindictam petens, ostendit Deo, quomodo cupiat ab ipso secum agi: nimirum, vt sicut ipse in alio non tolerat parua, ita nec à Deo in ipso parua tolerentur. Quemadmodum scriptum est

est: *Qua mensura mēsi fueritis, remetietur vobis* Et *Luc. 6.*

in Oratione Dominica: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* *Matth. 6.*

Gregorius lib. 5. Moral. cap. 31. adfert sex alia detrimenta. Nam (ait) per iram amittitur Primo, Sapientia: dū ratio cæcatur. Secundo, Iustitia: Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. Tercio, Sodalitas: nam iracundi hominis consuetudo nemini grata est. Noli, ait sapiēs, esse amicus homini iracūdo. Quarto, concordia: dum pax perturbatur. Quinto, Lux veritatis: quia dum menti iracundia cōfusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ cognitionis abscondit. Sexto, Splendor Spiritus sancti: Super quem, ait Propheta, requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, id est, mansuetum. *Iac. 2.*

Quinto, Lux veritatis: quia dum menti iracundia cōfusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ cognitionis abscondit. Sexto, Splendor Spiritus sancti: Super quem, ait Propheta, requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, id est, mansuetum. *Prov. 12.*

5. Frequēter perpendere iniurias, quas non verbis solis, sed multis quoq. verberibus sustinuit Christus, nulla sua culpa, sed ad delendā culpam tuam. Aspiciētes (ait B. Paulus) in auctorem fidei & consummatorem Iesum; qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem: Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficiētes. Et B. Petrus: Si beneficientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deū. In hoc enim vocati estis. Quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini eius vestigia eius. Officium namq. hominis Christiani est, ad imitationem Christi capitis sui, omnium-

5. Frequēter perpendere iniurias, quas non verbis solis, sed multis quoq. verberibus sustinuit Christus, nulla sua culpa, sed ad delendā culpam tuam. Aspiciētes (ait B. Paulus) in auctorem fidei & consummatorem Iesum; qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem: Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficiētes. Et B. Petrus: Si beneficientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deū. In hoc enim vocati estis. Quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini eius vestigia eius. Officium namq. hominis Christiani est, ad imitationem Christi capitis sui, omnium-

5. Frequēter perpendere iniurias, quas non verbis solis, sed multis quoq. verberibus sustinuit Christus, nulla sua culpa, sed ad delendā culpam tuam. Aspiciētes (ait B. Paulus) in auctorem fidei & consummatorem Iesum; qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem: Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficiētes. Et B. Petrus: Si beneficientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deū. In hoc enim vocati estis. Quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini eius vestigia eius. Officium namq. hominis Christiani est, ad imitationem Christi capitis sui, omnium-

5. Frequēter perpendere iniurias, quas non verbis solis, sed multis quoq. verberibus sustinuit Christus, nulla sua culpa, sed ad delendā culpam tuam. Aspiciētes (ait B. Paulus) in auctorem fidei & consummatorem Iesum; qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem: Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficiētes. Et B. Petrus: Si beneficientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deū. In hoc enim vocati estis. Quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini eius vestigia eius. Officium namq. hominis Christiani est, ad imitationem Christi capitis sui, omnium-

130 CHRISTIANARVM
numque Sanctorum, bona facere, & mala
pati, in eo que ad finem perdurare.

CAPVT X.

REMEDIA CONTRA GVLAM.

P R I M V M, Consortia potatorum deuita-
re, & omnes occasiones fugere, iuxta ad-
monitionem sapientis: *Noli esse in conuiuio*
potatorum, nec in comessationibus eorum. Et postea:
Ne inquearis vitum quando flauescit, quum
splenduerit in vitro color eius: ingreditur bla-
de, sed in nouissimo mordebit vt coluber, &
sicut regulus venenum diffundet. Difficilli-
mum est, in deliciis non excedere, & in mul-
titudine ac nouitate ferculorum mediocrita-
tem seruare, dum posteriora nouitate delitia-
rum prouocant appetitum præcedentibus sa-
tium, vt pulchre docet B. Bernardus, Apolo-
gia ad Guilielmum Abbatem.

2. Considerare incommoda animæ & cor-
poris, quæ ex gula proficisci solent. Animæ qui-
dem sunt, Primò, Luxuriâ. Nam teste B. Hie-
ronymo, venter vino æstuans citò spumat in
libidinem: & B. Paulus ait: *Nolite inebriari vi-*
no, in quo est luxuria. Secundò, cordis aduersus
misericordiam obduratio. Vrait Propheta: *Bib-*
bentes in phialis, & optimo unguento delibuti, nihil
compatiebantur super contritione Ioseph. Ita diues
epulo non est compassus Lazaro. Tertiò, Ira
& homicidia. Vinum (inquit Sapiens) multum
potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas
facit. Sic enim B. Ioannes Baptista, in conuiuio
Hero-

Epist. 83

ad Ocea-
num.

Ephes. 5.

Amos 6.

Luci. 16.

Eclli. 31.

Matt. 14.

Herodis, martyriū sustinuit. Corporis autem incommoda sunt, Primò, infirmitas. *Vigilia Eccli. 32. & cholera & tortura homini infrunito: somnus san- nitatis in parco homine.* Secundò, paupertas: *Eccli. 19.* nam operarius ebriosus non locupletabitur. Tertiò, mors: iuxta illud, *Propter crapulam mul- Eccli. 37. ti obierunt.*

3. Considerare, quantoperè hoc vitium displiceat Deo, cū, Primò, venter hominis Deus constituatur, vt ait Apostolu. *Quorū Deus venter est.* *Philip. 3. D. Aug. serm. 231. de tēporē.* Secundò, templum spiritus sancti vertatur in sordidissimā culinam, immò cloacam, Tertiò, membra Christi efficiantur bestię sine ratione, adeoq. bestiis deteriora, quę naturam vltra satietatē nō grauant. Proinde Deus hoc vitium frequenter in ista vita grauiter est vltus, dum Holofernes ebrius à Iudith est occisus: *Iud. 13.* Amnon ebrius in conuiuio periit: filij *2. Reg. 13.* Iob à dæmone oppressi sunt: & filij Israël ob *Iob 1.* esum carniū cōcupitum, diuinam iram sustinuerunt. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, Num. 11. & ira Dei ascendit super eos.* Deniq. vniversum genus humanum, gulæ primorum parentum pœnas etiamnum luit. *Psal. 77.*

4. Considerare, hoc vitium gulæ, sicut aduersatur naturæ humanæ, ita valdè gratum esse diabolo, inimico eiusdem naturæ, qui ambulans per loca arida, dum requiem non inuenit *Matt. 12. Iob 40.* insobriis, quiescit in locis humentibus.

5. Vt homo sibi pœnitentiam statuatur die vno atq. altero, aut etiam tertio, victitandi panis & aquæ, cibumque, quem fuisset sumpturus,

rus, pauperibus erogandi, si in ebrietatē labatur; neq. de hac pœna quicquam remittat.

CAPVT XI.

REMEDIA CONTRA ACEDIAM.

PRIMUM, Considerare beneficia atque labores Christi, pro nobis susceptos, quibus excitari debemus, vt aliquid in eius gratiam agamus.

2. Cogitare facilitatem operis boni, cuius difficultatem Christus passione sua sustulit.

Ioan. 16. Confidite, inquit, ego vici mundum. Iugum meum

Matt. 11. suauē est, & onus meum leue. & (vt inquit Aposto-

1. Ioan. 5. lus) mandata eius grauiā non sunt. Ero, inquit

Osea 11. Dominus, quasi exaltans iugum super maxillas eorum: Itaque suauiter equitat, quem gratia Dei portat.

Matt. 23 3. Perpendere operis necessitatem. Nam infernus impendet non laborantibus: cum seruus malus, & piger mittatur in tenebras exteriores, non aliam ob causam, quā quod talentum Domini sui ad lucrum non expendisset. Sicut ergo puer de virga cogitās, & operarius de inedia, excitat se, hic ad laborē externum, ille ad litterarū studia: ita meritō excitari debet ad discutiendam pigritiam, qui pœnas secuturas considerat.

4. Contemplari omnium creaturarū indefessum laborē, ad voluntatē Dei. Sol enim & omnia sydera immensum iter quotidiana circumuolutione perficiūt: arbores & herbæ nobis flores & fructum producant; bestiae quælibet

bet ad naturæ rationem operantur, etiã minima formicæ, ad quas nos Sapiēs remittit. *In- Prou. 6.*
dignum est ergo, vt solus homo ocio torpeat.

5. Videte quantus labor sustineatur passim ab omnibus, ad consequendos honores, opes, aliasq. istius mundi vanitates perituras; quãtaq. nos ipsi fecerimus, aut faciamus ad animarum nostrarum damnationem. Si ergo vera fides est in nobis, qua certissimè credimus, non esse condignas passiones huius temporis *Rom. 8.*
ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis: & hoc leue ac montaneum, operari in nobis *1. Cor. 4.*
æternum gloriæ pondus: tantamq. pro exiguo labore reddi gloriam, vt eã neq. oculus vide- *1. Cor. 2.*
rit, neque auris audiuerit, neq. in cor hominis ascenderit: meritò omnis torpor est excutien-
dus, & manus operi est admouenda, maximè cum exigua sint, quæ à nobis Dominus postulat, nempe vt sicut exhibuimus mēbra ser- *Rom. 6.*
uire immundiciæ, & iniquitati ad iniquitatē: ita nunc exhibeamus membra nostra seruire iustitiæ in sanctificationem.

CAPVT XII.

MEDIA AD COMPARAN-
dam humilitatem cordis.

VERA humilitas nō in externis actio-
nibus, sed in corde inuenitur, de qua
Christus: *Discite à me quia mitis sum, & Mat. 11.*
humilis corde. per quam homo vilis est abiectus-
que semper in oculis suis, & talis haberi ab
omnibus desiderat; & si habeatur, gaudet. Ve-
rus

K 5 rus

Ser. 16. in
Cant.

rus humilis (ait Bernardus) vilis vult reputari, non humilis prædicari: gaudet de contemptu sui; hoc solo sanè superbus, quod laudes contemnit. Ad eam assequendam hæc pauca iuuabunt.

Primo, De se suisq. factis non miscere sermones, vel in laudē vel in vituperium, iuxta Poëtæ cuiusdam dictum:

Nec te collaudes, nec te contempseris ipse:

Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Qui enim se commendat, apertè laudē querit; qui autem se cōtemnit, occultè eandē quarit; dum, nempe, cupit sua facta ab aliis excusari.

Secundo, Frequenter sibi imperfectiones & peccata sua ob oculos ponere. Quia tā multa sunt vitia cuiusque, vt laudis omnē occasionē tollant. Hoc autem tunc maximè faciendum videtur, quando gloriolæ præbetur materia.

Tertio, In rebus abiectioribus libenter occupari, & cum humilioribus frequentè versari. Sicut enim humilitas est causa actionum humilium: ita ex humilitas officiis oritur, atque eisdem conseruatur.

Quarto, Superiores omnes suos, tanquam Christi vicarios, ex animo magni facere; internam eis externamq. reuerentiā exhibere; eorum nomē, autoritatē, & facta apud alios, quantum fieri potest, tueri. Quia manifestū est superbiæ argumentum, superiores vel reprehendere, vel iudicare, vel parui facere.

Quinto, Sæpius in sanctorum cum Christo regnantium vitā moresq. intueri; nostraq. facta

Et cum illis conferre. Tali enim comparatione intelligemus, nihil esse quicquid hactenus egimus. Iunabit etiam inspicere perfectionem hominum multorum adhuc viuentium, atque ex eorum vita considerare, quam multa nobis desint.

CAPVT XIII.

MEDIA AD PATIENTIAM.

PATIENTIA est virtus, qua iuxta rationis dictamen, moderatè toleramus aduersa. Ad quam hæc puncta erunt vtilia.

Primò, Considerare, nos longè grauiora mala diuersis multorum annorum peccatis commiseruisse; quæ si non in isto mundo, his similibusque afflictionibus; certè in futuro seculo, purgatorij ignibus excoquenda erunt.

Secundo, Conferre tribulationes molestiasque nostras cum his quas multi alij, fortasse etiam meliores nobis tolerant. *Scientes* (inquit Apostolus) *eandem passionem ei, que in mundo est, vestre fraternitati fieri.*

Tertio, Respicere lucrū, quod ex tribulatione sequetur. Sicut enim operarius, in summis laboribus, consolatur se expectatione mercedis: ita Christianus omnibus molestiis & afflictionibus, gaudere debet spe retributionis. Quia vir bonus, qui filius est Dei, non gratis affligitur: sed sicut filius Dei, dignior est filio Regis: ita maior erit merces laboris atque molestiarum filij Dei in cælo, quam filij Regis in hoc mundo. Nam iuxta personarum dignitatem

gauram

2. Cor. 1.

gnitatem, augentur præmia laborum. Et quidem, in hoc mundo, sicut abundant tribulationes in nobis: ita & abundare solent consolationes. Post mortem verò, quod in præsentibus est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

2. Cor. 4.

Quartò, Cogitare, quid ex impatiëntia leuaminis sentiemus. Non enim ob id dolor minuitur, sicut molestia tollitur, quia impatiëntiæ signa edimus; sed potius augetur, quod ad cætera mala etiam consciëntiæ vulnus addamus. Ergo faciamus de necessitate virtutem, patienterque feramus, quod iuxta Dei voluntatem ferendum videmus.

Iob 1.

Lib. 2.

moral.

cap. 18.

Quintò, Oculis fidei ad Dei voluntatē omnia referre, quæ patimur; neque imputare hominibus ullis mala illata, sed Deo; quo auctore nobis omnia eueniunt. Sicut B. Iob tam magno à variis accepto detrimento, nihil de ullis inimicis conquestus, dixit: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: Sit nomen Domini benedictum.* D. Gregorius, Magna est (inquit) consolatio in eo quod displicet, quod illo ordinante erga nos agitur, cui non nisi iustum placet. Si igitur iusta placere Deo scimus; pati autē nisi quæ Domino placuerunt, non possumus: iusta sunt cuncta, quæ patimur: & valde iniustum est, si de iusta passione murmuramus.

CAPVT

Primò, Conscientiam habere à peccatis non solùm mortalibus, sed etiam grauioribus venialibus liberam. *Quia secunda mens, Prou. 15. est iuge conuiuuiũ. Et gloria nostra hæc est, ait Apostolus, testimonium conscientie nostræ. Cauenda est autem omnis duplicitas & simulatio, quæ solet esse inimica pacis internæ. Nam qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Prou. 10.*

Secundò, Frequenter suscipere Eucharistiæ Sacramentum, quod est Sacramentum pacis & gaudij; in quo datur Christus, pax nostra. Ideo in vltima cœna, post datũ sanctissimum corpus suum, sic ait Dominus: *Pacem meam do vobis, pacẽ relinquo vobis. Et, Gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Nulla est enim plenior consolatio, quàm quãdo anima possidet illum, qui planè satiare potest eius desiderium. Ioan. 14. Ioan. 16.*

Tertiò, Exercitiũ veræ humilitatis & mæfuetudinis, iuxta doctrinam Christi: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Sicut enim vesica inflata vento, & in edito loco suspensã, in fumo aut vento non potest quiescere: & sicut aqua feruens perpetuo mouetur: ita homini superbo, & iracundo, nulla est vnquam quies animi, aut solidum gaudium. Matt. 23.*

Quartò, Rebus, quæ nobis cõmissæ nõ sunt, & quarum ratio à nobis nõ exigetur, nos non
inge-

ingerere, aut curiosius eas inquirere: & si forte de iis vel loqui vel audire contingat, ita nos habere, atq. ad res alienas, ad nos non pertinentes, hoc vnice cauentes, ne conclaue cordis ingressæ internam pacem perturbent. Sæpè nobis veniat in mentem illud, *Quid ad te?* quod Christus Petro de negotiis Ioannis curiosius agenti, respondit: *Si sic eũ volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere*, id est, tu tua tracta, relictis alienis, quæ nihil ad te.

Ioan. 21.

Quintò, Nos totos, nostraq. omnia plenè in manus Dei resignare, ei que committere, ab eo que pendere. Nam sicut infantulus securus est & lætus in sinu matris, nihil dubitans, quin à matre regatur, iuuetur, & foueatur, quomodocunque tandem mater illum teneat, siue dextera, siue sinistra manu: Ita Christianus, qui Deo nititur, hoc vno gaudere deberet, quòd à Deo regatur. Et sicut tessera, in quodcunque latus proiccta, firmiter consistit: ita æquabili & constanti esse deberet animo, quicquid occurrat, seu lætũ, seu triste; hoc sæpè cum Dani de repetens: *Dominus regit me. & nihil mihi deerit. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.* B. Paulus in Epist. ad Colossens. videtur tria proponere ad internum gaudium, ac spiritus consolationem obtinendam: *Vt, inquit, consolentur corda ipsorum, instructi* (seu, vt Græcis est) *instructorum in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, & in agnitionem mysterij Dei & Patris.* &

Psal. 22.

Abac. 3.

Cap. 2.

Chri-

Christi Iesu. hoc est, vt per hæc tria accipiant veram cordis consolationem: 1, Per veram charitatem, qua inter se connectantur. Sicut enim inuidia tristitiam: ita charitas gaudium adfert: 2, Per certissimam fidem & persuasionem intellectus, quod homo à Deo regatur, & Deus omnia rectè ex summa dilectione moderetur: 3, Per frequentem considerationem & meditationem beneficiorum Dei, & mysterij Christi, ac vitæ æternæ, ad quam per Christum habemus ius, & accepimus arram.

CHRISTIANARVM

INSTITUTIONVM

LIBER III.

PRAEFATIO.

A Omnia peccata declinanda, virtutesq. cō-
plectēdas, nihil tantā adfert vim & momē-
tū, atq. rerum nouissimarū cōsideratio: quæ
cum ad vniuersos homines pertineāt, & magnitudi-
ne sua atq. atrocitate metum vehementem incutiāt,
mollire solent duritiam animorum nostrorum, & pe-
tulantiam refrænare, idoneosq; nos efficere ad audien-
dam, capeffendamq. veritatem. Quocirca secutus ex-
emplum Christi, & Beati Ioānis Baptiste, qui ab ho-
minis nouissimis auspiciati sunt prædicationem suam; Matth. 4.
Matth. 3.

⊙